

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Jacobus Döbelius ... Funus ... Joannis Schnetleri, L.A. & S.S. Theolog. Studiosi, indicit, atq[ue] ad eius deductionem Omnes Academiae Cives invitat ...

Rostochi[i]: Kilius, [1669]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425491>

Druck Freier  Zugang



Döbel, J. J.,
in
J. S ch n e t l e r .
Rost. 1669.

20

PROGRAMMA

Quo

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

JOANNES JACOBUS
DÖBELIUS,

Med.D.P.P. Poliater, & Facultatis
suae p. t. DECANUS,

Funus

HUMANISSIMI ET LITERATISSIMI

DN. JOANNIS
SCHNETLERI,



& S. S. Theolog. Studiosi,

indicit,

atq; ad ejus deductionem

Omnes Academiae Cives

invitat.

Conventus fiet Hor. I. in Aede Nicolaitana.

ROSTOCHE, Typis Johannis Kilii, Acad. Typogr.



Aria Regio, CIVES ACADEMI-
CI, inter Joniã & Lydiam sita, Ur-
bē olim habebat, inter alias, Can-
num: navalibus, & portu clauso
præditam; æstate tamen & au-
tumnô, hominibus gravem. In
hanc ingressus aliquando, Stra-
bone teste, Stratonicus Cytha-
rædus: heic, ecce! illud Poëtræ locum habet: Iliad VI.

Ὅμη πρὸς Φύλλου γενεή, πηδὲ καὶ ἀνδρῶν.

Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum,
Postquam autem Caunii, Urbem suam, velut morbi-
dam, adeò traduci, molestè ferrent, hominemq; eâ de
causâ incusarent: *Ergone ego, inquit, morbidam dicere
ausim, in quâ etiam mortui ambulant?* quod equidem
non falsè minùs erat, quàm urbanè responsum. Erant
Cauniorum pleriq; lienosi, atq; hinc colore admodùm
pallidô, imò potius, foliorum instar deciduorum, ex
viridi luridô, oculis, ut summatim dicam, quasi herbe-
is, facieq; cadaverosâ. Cùm tamen morbi habere,
nomen indignè ferrent, digni Stratonico censebantur,
qui mortui dicerentur. Quod Cauniis contigit, omni
hodie civitati eveniret, cujus non minuta civium pars
est lienosa. Optimè Trajanus Imperator, Lienis vi-
scum fisco comparabat: Fisco ditescente, populus de-
pauperatur; augescente liene, minuitur corp⁹. Atq; hoc
ipsum, quàm non hodie tantùm nos experiamur, sed
ab

ab omnium, quos Sol unquã vidit, Medicorũ Principe,
HIPPOCRATE, jam limpidissimè traditum sit; ex uni-
 co, præ cœteris, de Locis in homine, locò, T. XXXVI.
 abundantissimè claret, ὅτι ὁ σπλήν, γάλλει, τὸ σῶμα φθίνει; *Cum*
liens floret, corpus tabet. Non solemus alias, ubi re-
 rum esse nucleos lubido est, circa vocum cortices hæ-
 sitare: sed tamen frangendus cortex est, si potiri nu-
 cleo velimus. φθίνει, Expositore Galenò, dicitur, quic-
 quid συνήκειται, ἰσχναίνεται, μειῖται, ἀποφθαί: colliquescit, ex-
 tenuatur, minuitur, non nutritur. Hæc si retro gra-
 dō repetamus gradū; gradatim ex eâdem sibi scaturi-
 gine mala succedent, qualia ordinariè sese subsequi
 conspiciuntur, florenteq; liene, sanguineq; ex hoc im-
 purato, (eam enim, quæ ex ipsâ dispositione alatâ, vel
 hæmorrhagiâ quacunq; suppressâ, vel mœrore diuti-
 no, vel purgatione aut venæ sectione nimia, vel vermi-
 bus, vel visceris etiâ, aut alterius cujusdam partis inter-
 næ tumore, vel aliâ quâvis de causâ nō semel contracta
 est, tabem nunc præterimus) Corpus primò non nu-
 trietur, hinc verò, cum, quod non reficitur, vitietur, in
 καχεξίω, seu malum corporis habitum incidens, immi-
 nuetur & extenuabitur: atq; ex hoc tandem collique-
 scet. Quam verò corporis colliquatio gravis sit, nemini
 non notum est. cui, sub eâdem nutritionis principium
 laborate, vitæ nostræ nectar indies corrumpi, viscera
 multis incommodis offendi, partium liquamina, ex to-
 to refluentia, cum excretis ab alvò vel effluere, vel ex-
 halando etiam diffuere, morticinum fœtorem con-
 tra-

trahere, Universum habitum quasi exulcerare, fre-
 quenterq; animæ defectiones inferre, non est igno-
 tum: à quibus quid expectes aliud? nisi ut indies quoq;
 in deterius res ægrotantium eant. Equidem
 solet nutritionis principium adscribi Cordi, ex quo in-
 universum sanguis corpus scaturiens, perenni per arte-
 rias & venas flumine circumfluit, totumq; fovet & nu-
 trit. Quæ sententia, utut mustea hodie vulgò vendite-
 tur; vetustissima tamen est, Authoremq; itidem jam
 Hippocratem habet. Apertissimè ille lib. IV. de Morb.
 T. II. τῷ μὲν δὴ αἷματι ἡ καρδίη πηγὴ ἐστίν. *Sanguinis fons est cor.*
 Et lib. de Cord. de Cordis ventriculis T. V. differens,
 ita tandem concludit: αὐταὶ πηγαὶ φύσιος ἀνθρώπου, καὶ οἱ ποτα-
 μοὶ ἐνθάυτε ἀνὰ τὸ σῶμα, τῶν ἀρθεταὶ τὸ σῆμα, εἶσι δὲ καὶ ζωὴν φέ-
 ρουσι τῷ ἀνθρώπῳ. κὴν ἀναψύξουσιν, ἀπέθανεν ἀνθρώπος. *Hi fontes*
sunt humanæ naturæ, & hęc flumina sunt, quibus totum
corpus irrigatur: atq; hęc etiam vitam homini conferunt, &
ubi resiccati fuerint, homo moritur. Unde potius ex nu-
tritionis principio, Corde, nutritionem depravatam,
cujus Tabes effectus est, deducendam esse, ostendi
posset. Hunc in finem verissimè Galenus l. de Marcore:
ἐπεὶ ὁ μαρκορμὸς, inquit, ὅλε τ' σώματος ἐστὶ πᾶσι, ὅτι ἀνευ τῆς ἀρ-
χῆς τ' ζωὴν πέθαντ' εἶνεται ὡς τ' ἀνάγκη, τὸ σῶμα τῆς καρδίας ἐη-
ραίνεσθαι τοῖς μαρκορμείοις. Siquidem marcor totius corporis est
affectus, non sine principio animalis affecto fit: ut necesse
fit, corpus cordis marcescentibus exsiccari. Verum enim,
verò nōrunt, qui in Medicorum & scholis sunt versati, ha-
bere morbos quidem suos locos (quomodo & cum
Hippo-

Hippocrate, Galenus suos de locis in Homine libros nobis reliquit,) nec minus tamen etiam habere suos focos. Locus Tabis primarius, affecta pars, subjectum affectus, receptus dispositionis malæ, cor est; focus verò, seu latebra materiæ morbificæ, scatebra affectionis, nidus afficientis, atq; adeò sedes ejus, super quo fundatur, & à quo plurima continetur Tabes, lien. Cui si quis non habere fidem velit, nisi per experientiam, quæ stultorum quoq; est Magistra, eruditus fuerit, quantum, & per Cordialia, & Thoracica, vulgo sic dicta, inq; Tabe exhiberi solita, lactinia, saccharata, linctus & syrupos, proficere possit, experiatur: atque tùm rationem nos edoceat, quare dicto modo affecti, circa lienis maximè, & tùm circa ipsam cordis ad sinistrum vergentis regionem, imò per sinistram totum præprimis corpus affligi atq; cruciari se sentiant, quare in eodem hospitari status, atq; inde deduci ructus, imò ipsa quoq; sputa, maximè si sint purulenta, deprehendant, & dictis tamen remediis nihil planè levaminis ferant? Plautus, Linguæ Latinæ decus, tabis cujusdam indicia, ex mediâ arte Medicâ, velut aliud agendo, suavissimè prodens, Curc: Act. II. Sc. v. 15. Cappadocis nomine.

- - - Lien, inquit, necat, Renes dolent,
Pulmones distrahuntur, cruciatur Jecur,
Radices cordis pereunt. - - -

Et in Mercat; Act. I. Sc. II, v. 91.

Cor clamat miserum meum! (salem
Quod guttatim contabescit, quasi in aquam indideris
Casin;

Casini: item Act: II. Sc. VI. v. 62.

Præ metu, inquit, ubi sim, nescio.

Perii! corlienolum, opinor, habeo, jamdudum salit,
Delabor, pectus tundit.

Haut equidem me later, quod aliàs Hippocrates l. IV.
de Morb: T. XIII. docet, νόσημα ἐν τῇ καρδίῃ ἐδέν γίνεσθαι

Nullum in corde morbum fieri: quod & nos nō inpugna-

mus, qui ex liene, ad cor, innuimus, derivari Tabem.

Aristoteles quidem 3. de Part. 4. μόνον τῶν σπλάγχνων, καὶ ὅλως.

τῶν ἐν σώματι μορίων, ἡ καρδία ΧΑΛΕΘΗΘΗΝ ΠΙΘΟΝ ἔδέν ἵΠΟΜΕΝΕΙ
καὶ τῆτ' εὐλόγως. ΦΘΕΙΡΟΜΕΝΗΣ γὰρ τῆς ἀρχῆς, ἐκ ἔστιν, ἐξ ἧ γίνονται

ἐν βοήθειά τῆς ἄλλοις, ἐκ πύσης ἡρημένοις. *Solum viscerum,*

omnino omnium in corpore partium, Cor, nullum DIF-

FICILEM affectum SUSTINET: idq; rectâ ratione.

CORRUPTO enim principio non est, quod præstet

subsidiū cæteris, ex illo pendentibus. Verum neque

minus hæc firmissimo stant suo talo. Cæteris vi-

scerum corruptis, prout Plinius l. II. c. 20. loquitur, vi-

talitas in Corde durat: corde affecto, igneaq; & mor-

daci tandem fuligine corrupto, persistere DIU corpus

non potest. quin longius, brevius, pro affectus diversi-

tate, vitæ supplicia trahat. Atque hoc quàm in Ta-

be, ad extremum maximè vergente, locum habeat, a-

liquam multis & perillustribus exemplis probare, iis-

demq; Ægyptiorum sententiam illustrare possemus,

quorum ipsi Reges, testante Plinio, l. 19. c. 5. corpora

mortuorum ad scrutandos morbos insitari soliti,


phthisis, gravissimi affectus locum in cordem

com-

comperere: Sed avocatur nos, cujus gratiâ hæc dictata sunt, ab instituto politissimus & eruditissimus JOHANNES SCHNETLERUS, L. A. & ipsius etiam S. S. Theol. hæctenus Studiosus. Natus ille hîc est Rostochii, Anno M. DC. XLVIII. die XXIV. Novembris, inter horam duodecimam, & primam meridianam: PATRE, Viro Amplissimô & Consultissimô, DN. HENRICO SCHNETLERO, J. U. D. & Practico, quando nobiscum ageret, Clarissimô: MATRE vero Spectatissimâ, omniq; virtute muliebri coruscâ, CATHARINA Duncfers / B. DN. ADAMI BORCHARDI, Senatoris quondam apud Nos Prudentissimi, relicta viduâ. AVIS PATERNUS ipsi fuit Spectatissimus atq; Integerrimus DN. JOHANNES SCHNETLER, Reip. hujus olim Sedecim-Vir, ac Ædis Marianæ Præfectus. AVIA PATERNA ELISABETHA Gusebires / Matriona planè virtuosa, AVUM MATERNUM habuit Virum Spectatissimum JOACHIMUM Duncfer / B. DN. M. ANDRÆ Duncfers / Viri de Ecclesiâ Rostochiensî Meritissimi, ac per 40. annos Pastoris Petrini, Reverendi item hujus Ministerii Senioris, (cujus alacris, si supervixisset, beatus noster B. C. DEO vestigia pressasset) filium. AVIAM tandem MATERNAM piissimam, laudatissimamq; ANNAM Windes. Cùm autem Parentes optimi sordibus peccati taminatum hunc filiolum suum scirent: prima illorum cura fuit, uti ab iisdem, Initiationis Sacramento ablueretur. Sed disponente sic Altissimô, factum est, uti Mater ejus pientissima, XIV. post partum die cū vitâ mortem commutaret, ipsamq; Pater dilectissimus Anno M. DC. LII. mense Majo, immundissimo huic mundo valedicens, lequeretur, Nosterq; orphanus relictus à plur. Reverendo & Clarissimô

DN. M. REMBERTO Sandhagen / Ecclesiæ Nicolaitanæ Pa-
store vigilantissimò, Amico nostro honorando, Anno M. DC.
LIII. die 23. Octobris, Filii loco receptus, ingenio cum atate
acrescente, optimamq; indolem aperiente, studiis præprimis
literarum consecraretur, privatâ publicam informationem
comitante. Anno M. DC. LXVI. missus ab eodem, consentien-
tibus Cognatis, Stralsundum: per annum ibidem substitit, non
sine singulari studiorum successu. Sed cum horridâ quapiam
febri infestaretur, obnoxius à laudatò modo DN. M. Sandhagen
precibus obtinuit, ut denuò ad ipsius ædes revocaretur, donec
pristinæ sibi sanitati esset restitutus. Quod ubi factum est, re-
stabat tandem, ut ad Academica Exercitia ablegaretur, ad quæ
tamen, Anno præteritò exactius præparandus, Plur. Reveren-
do atq; Excellentissimo DN. MICHAELI CUBABO, S.S. Theol.
D. & P.P. Collegæ & Amicò nostro pl. Honorando, tradebatur.
Sed exierit se ante semestre fortè, intereà, diu latens illa, imò,
huic penè hæreditaria, ex liene florescente Tabes: testatum
factura, quàm sit, cum in aliis, tum ipso etiam, secundum Hip-
pocr. autumali tempore exitialis. Vocatus in occursum ejus
primùm Excell. & Exper. DN. JOHANNES BAKMEISTERUS,
M.D. & P.P. Collega noster intimus, oleum & operam se per-
didisseprehendit. Nec, cum nostram quoq; Beatissimus ope-
ram ultimùm desideraret, piissimis ejus, ipsi nos, desideriis de-
fuisimus: Verùm omnium Medicamentorum, in principio cæ-
teroquin affectûs expertissimorum, virtutem illis pertinacia
morbi. Unde novissima sibi adesse cernēs noster divinæ, totū se-
se volūtati subjecit: binisq; durante morbò vicibus sacratissimò
epulò devotissimè pastus, Beati Stephani verbis ingeminatis:
Domine, suscipe Spiritum meum; Spiritum Deo suo, unde ve-
nerat, ovens reddidit, sensibus ad ultimùm usq; halitum sic satis
firmis. Hujus exuviæ cum hodie terræ sint mandandæ, uti fre-
quentissimi easdem comitentur, Cives nostros monemus:
quos illarum cura tangit, cognati lugētissimi officiosè rogant.
P.P. sub Sigillo Rectoris d. XI. Jan. Anno M. DC. LXIX.

comperere: Sed advocat
dictata sunt, ab instituto poli
JOHANNES SCHNETLER
S. S. Theol. hactenus Studie
Rostochii, Anno M. DC. XLV
bris, inter horam duodecima
nam: PATRE, Viro Ampl
DN. HENRICO SCHNETL
co, quando nobiscum ageret,
rò Spectatissimâ, omniq; vi
CATHARINA Duncfers / B.
CHARDI, Senatoris quondam
mi, relictâ viduâ. AVUS PA
ctatissimus atq; Integerrimus
SCHNETLER, Reip. hujus o
dis Marianæ Præfectus. AV
SABETHA Gusebires / M
AVUM MATERNUM habuit V
CHIMUM Duncfer / B. DN. M.
de E. clesiâ Rostochiensî Meritissim
Petrini, Reverendi item hujus Min
cris, si supervivisset, beatus noster
set) filium. AVIAM tandem
laudatissimamq; ANNAM Wind
optimi sordibus peccati taminatu
rent: prima illorum cura fuit, ut
mentò ablueretur. Sed disponente
uti Mater ejus pientissima, XIV. p
tem commutaret, ipsamq; Pater di
mense Majo, immundissimo huic
tur, Nosterq; orphanus relictus à p



s gratiâ hæc
eruditissimus
& ipsius etiam
tus ille hîc est
XIV. Novem
nam meridia
Consultissimò,
D. & Practi
MATRE ve
ebri coruscâ,
AMI BOR
s Prudentiss
ipsi fuit Spe
DHANNES
im-Vir, ac Æ
ERNA ELI
nè virtuosa,
tissimum JOA
Duncfers / Viri
annos Pastoris
ris, (cujus ala
vestigia pressas
AM piissimam,
utem Parentes
olum suum sci
tiationis Sacra
mò, factum est,
lie cū vitâ mor
anno M. DC. LII.
dicens, sequere
do & Clarissimò